

# Sancta Missa

LINGUA LATINA | ENGLISH

## Ritus initiales

### Introitus

℣. In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

℞. Amen.

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

*Vel:*

℣. Grátia Dómini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communi-  
cátio Sancti Spíritus sit cum  
ómnibus vobis.

℞. Et cum spírítu tuo.

℣. Fratres, agnoscámus peccáta  
nostra, ut apti simus ad sacra  
mystéria celebránda.

Confíteor Deo omnipoténti  
et vobis, fratres, quia peccávi  
nimis cogitátione, verbo, ópere  
et omissióne: mea culpa, mea  
culpa, mea máxima culpa.  
Ideo precor beátam Mariám  
semper Vírginem, omnes  
Angelos et Sanctos, et vos,  
fratres, oráre pro me ad  
Dóminum Deum nostrum.

℣. Misereátur nostri omnípotens  
Deus, et, dimíssis peccátis no-  
stris, perdúcat nos ad vitam  
ætérnam.

℞. Amen.

## The Introductory Rites

### Entrance Antiphon

℣. In the name of the Father, and of  
the Son, and of the Holy Spirit.

℞. Amen.

℣. The Lord be with you.

℞. And with your spirit.

*Or:*

℣. The grace of our Lord Jesus  
Christ, and the love of God, and  
the communion of the Holy  
Spirit be with you all.

℞. And with your spirit.

℣. Brethren (brothers and sisters),  
let us acknowledge our sins, and  
so prepare ourselves to celebrate  
the sacred mysteries.

I confess to almighty God and  
to you, my brothers and sisters,  
that I have greatly sinned, in my  
thoughts and in my words, in  
what I have done and in what  
I have failed to do, through  
my fault, through my fault,  
through my most grievous fault;  
therefore I ask blessed Mary  
ever-Virgin, all the Angels and  
Saints, and you, my brothers  
and sisters, to pray for me to  
the Lord our God.

℣. May almighty God have mercy  
on us, forgive us our sins, and  
bring us to everlasting life.

℞. Amen.

**Kyrie**

℣. Kýrie, eléison.

℞. Kýrie, eléison.

℣. Christe, eléison.

℞. Christe, eléison.

℣. Kýrie, eléison.

℞. Kýrie, eléison.

**Gloria**

Glória in excélsis Deo et in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Laudámus te, benedícimus te, adorámus te, glorificámus te, grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam, Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Iesu Christe, Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis; qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus Altíssimus, Iesu Christe, cum Sancto Spíritu: in glória Dei Patris. Amen.

**Oratio collecta**

℞. Amen.

**Kyrie**

℣. Lord, have mercy.

℞. Lord, have mercy.

℣. Christ, have mercy.

℞. Christ, have mercy.

℣. Lord, have mercy.

℞. Lord, have mercy.

**Gloria**

Glory to God in the highest, and on earth peace to people of good will. We praise you, we bless you, we adore you, we glorify you, we give you thanks for your great glory, Lord God, heavenly King, O God, almighty Father. Lord Jesus Christ, Only Begotten Son, Lord God, Lamb of God, Son of the Father, you take away the sins of the world, have mercy on us; you take away the sins of the world, receive our prayer; you are seated at the right hand of the Father, have mercy on us. For you alone are the Holy One, you alone are the Lord, you alone are the Most High, Jesus Christ, with the Holy Spirit, in the glory of God the Father. Amen.

**Collect prayer**

℞. Amen.

## Liturgia verbi

### Lectio prima

℣. Verbum Dómini.  
℟. Deo grátias.

### Psalmus responsorius

### Lectio secunda

℣. Verbum Dómini.  
℟. Deo grátias.

### Alleluia vel cantus – Evangelium

℣. Dóminus vobíscum.  
℟. Et cum spírítu tuo.

℣. ☩ Lécitio sancti Evangéllii secúndum N.  
℟. Glória tibi, Dómine.

### *Expleto Evangelio:*

℣. Verbum Dómini.  
℟. Laus tibi, Christe.

### Professio fidei

Credo in unum Deum, Patrem omnipoténtem, factórem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium.

Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lúmine, Deum verum de Deo vero, génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem

## The Liturgy of the Word

### First Reading

℣. The Word of the Lord.  
℟. Thanks be to God.

### Responsorial Psalm

### Second Reading

℣. The Word of the Lord.  
℟. Thanks be to God.

### Alleluia or acclamation – Gospel

℣. The Lord be with you.  
℟. And with your spirit.

℣. ☩ A reading from the holy Gospel according to N.  
℟. Glory to you, O Lord.

### *At the end of the Gospel:*

℣. The Gospel of the Lord.  
℟. Praise to you, Lord Jesus Christ.

### Profession of Faith

I believe in one God, the Father almighty, maker of heaven and earth, of all things visible and invisible.

I believe in one Lord Jesus Christ, the Only Begotten Son of God, born of the Father before all ages. God from God, Light from Light, true God from true God, begotten, not made, consubstantial with the Father; through him all things were made. For us men and for our salvation he came down from

descéndit de cælis. (Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant.) Et incarnátus est de Spírítu Sancto ex María Vírgine, et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio Piláto; passus et sepúltus est, et resurréxit tértia die, secúndum Scriptúras, et ascéndit in cælum, sedet ad déxteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spírítum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Filio simul adorátur et conglorificátur: qui locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et expécto resurrecciónem mortuórum, et vitam ventúri sæculi. Amen.

### Oratio fidelium

## Liturgia eucharistica

∇. Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accépimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ.

℞. Benedíctus Deus in sæcula.

heaven, (at the words that follow, up to and including and became man, all bow.) and by the Holy Spirit was incarnate of the Virgin Mary, and became man. For our sake he was crucified under Pontius Pilate, he suffered death and was buried, and rose again on the third day in accordance with the Scriptures. He ascended into heaven and is seated at the right hand of the Father. He will come again in glory to judge the living and the dead and his kingdom will have no end.

I believe in the Holy Spirit, the Lord, the giver of life, who proceeds from the Father and the Son, who with the Father and the Son is adored and glorified, who has spoken through the prophets. I believe in one, holy, catholic and apostolic Church. I confess one baptism for the forgiveness of sins and I look forward to the resurrection of the dead and the life of the world to come. Amen.

### Prayer of the Faithful

## The Liturgy of the Eucharist

∇. Blessed are you, Lord God of all creation, for through your goodness we have received the bread we offer you: fruit of the earth and work of human hands, it will become for us the bread of life.

℞. Blessed be God for ever.

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accévimus vinum, quod tibi oférimus, fructum vitis et óperis mánuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritális.

℞. Benedíctus Deus in sæcula.

℣. Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.

℞. Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.

### Oratio super oblata

℞. Amen.

## Præ eucharistica

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

℣. Sursum corda.

℞. Habémus ad Dóminum.

℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

℞. Dignum et iustum est.

### Præfatio

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre...

℣. Blessed are you, Lord God of all creation, for through your goodness we have received the wine we offer you: fruit of the vine and work of human hands, it will become our spiritual drink.

℞. Blessed be God for ever.

℣. Pray, brethren (brothers and sisters), that my sacrifice and yours may be acceptable to God, the almighty Father.

℞. May the Lord accept the sacrifice at your hands for the praise and glory of his name, for our good and the good of all his holy Church.

### Prayer over the Offerings

℞. Amen.

## The Eucharistic Prayer

℣. The Lord be with you.

℞. And with your spirit.

℣. Lift up your hearts.

℞. We lift them up to the Lord.

℣. Let us give thanks to the Lord our God.

℞. It is right and just.

### Preface

It is truly right and just, our duty and salvation...

**Sanctus**

Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dóminus Deus Sábaoth. Pleni  
sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis. Benedíctus  
qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.

**Sanctus**

Holy, Holy, Holy Lord God of  
hosts. Heaven and earth are  
full of your glory. Hosanna in  
the highest. Blessed is he who  
comes in the name of the Lord.  
Hosanna in the highest.

**Eucharistic Prayer I**

Begins: Te ígitur, clementíssime Pater, per Iesum... [P. 7]

**Eucharistic Prayer II**

Optional proper preface: Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubique grátias ágere per Fílium dilectiónis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum... [P. 12]

Begins: Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis sanctitátis... [P. 12]

**Eucharistic Prayer III**

Begins: Vere Sanctus es, Dómine, et mérito te laudat... [P. 14]

**Eucharistic Prayer IV**

Proper preface: Vere dignum est tibi grátias ágere, vere iustum... [P. 17]

Begins: Confitémur tibi, Pater sancte, quia magnus es... [P. 18]

**Prex eucharistica I**  
(SEU CANON ROMANUS)

Te ígitur, clementíssime Pater, per Iesum Christum, Fílium tuum, Dóminum nostrum, súplices rogámus ac pétimus, uti accépta hábeas et benedícas ✠ hæc dona, hæc múnera, hæc sancta sacrificia illibáta, in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclésia tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Epíscopo (Prælató) nostro **N.** et ómnibus orthodoxis atque cathólicæ et apostólicæ fidei cultóribus.

**Eucharistic Prayer I**  
(OR THE ROMAN CANON)

To you, therefore, most merciful Father, we make humble prayer and petition through Jesus Christ, your Son, our Lord: that you accept and bless ✠ these gifts, these offerings, these holy and unblemished sacrifices, which we offer you firstly for your holy catholic Church. Be pleased to grant her peace, to guard, unite and govern her throughout the whole world, together with your servant **N.** our Pope and **N.** our Bishop (Prelate), and all those who, holding to the truth, hand on the catholic and apostolic faith.

Meménto, Dómine, famulórum famularúmque tuárum **N.** et **N.** et ómnium circumstántium, quorum tibi fides cónnita est et nota devótio, pro quibus tibi offérimus: vel qui tibi offérunnt hoc sacrificium laudis, pro se suisque ómnibus: pro redemptióne animárum suárum, pro spe salútis et incolumitátis suæ: tibi que reddunt vota sua ætérno Deo, vivo et vero.

Communicántes, et memóriam venerántes, in primis glorióse semper Vírginis Mariæ, Genetrícis Dei et Dómini nostri Iesu Christi: sed et beáti Ioseph, eiúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, (Iacóbi, Ioánnis, Thomæ, Iacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Ioánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni) et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis precibúsq; concedas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætérna damnatióne nos éripi et in electórum tuórum iúbeas grege numerári. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Quam oblatiónem tu, Deus, in ómnibus, quæsumus, benedíctam,

Remember, Lord, your servants **N.** and **N.** and all gathered here, whose faith and devotion are known to you. For them, we offer you this sacrifice of praise or they offer it for themselves and all who are dear to them: for the redemption of their souls, in hope of health and well-being, and paying their homage to you, the eternal God, living and true.

In communion with those whose memory we venerate, especially the glorious ever-Virgin Mary, Mother of our God and Lord, Jesus Christ, and blessed Joseph, her Spouse, your blessed Apostles and Martyrs, Peter and Paul, Andrew, (James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Jude: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian) and all your Saints; we ask that through their merits and prayers, in all things we may be defended by your protecting help. (Through Christ our Lord. Amen.)

Therefore, Lord, we pray: graciously accept this oblation of our service, that of your whole family; order our days in your peace, and command that we be delivered from eternal damnation and counted among the flock of those you have chosen. (Through Christ our Lord. Amen.)

Be pleased, O God, we pray, to bless, acknowledge, and approve



adscríptam, ratam, rationábilem, acceptabilémque fácere dignéris: ut nobis Corpus et Sanguis fiat dilectíssimi Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi.

Qui, prídie quam paterétur, accépit panem in sanctas ac venerábiles manus suas, et elevátis óculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipoténtem, tibi grátias agens benedíxit, fregit, deditque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cenátum est, accípiens et hunc præclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas, item tibi grátias agens benedíxit, deditque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMEMORATIÓNEM.

**V.** Mystérium fidei.

**R.** Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectiónem confitémur, donec vénias.

this offering in every respect; make it spiritual and acceptable, so that it may become for us the Body and Blood of your most beloved Son, our Lord Jesus Christ.

On the day before he was to suffer he took bread in his holy and venerable hands, and with eyes raised to heaven to you, O God, his almighty Father, giving you thanks, he said the blessing, broke the bread and gave it to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND EAT OF IT, FOR THIS IS  
MY BODY, WHICH WILL BE  
GIVEN UP FOR YOU.

In a similar way, when supper was ended, he took this precious chalice in his holy and venerable hands, and once more giving you thanks, he said the blessing and gave the chalice to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND DRINK FROM IT,  
FOR THIS IS THE CHALICE OF  
MY BLOOD, THE BLOOD OF  
THE NEW AND ETERNAL  
COVENANT, WHICH WILL  
BE POURED OUT FOR YOU  
AND FOR MANY FOR THE  
FORGIVENESS OF SINS.  
DO THIS IN MEMORY OF ME.

**V.** The mystery of faith.

**R.** We proclaim your Death, O Lord, and profess your Resurrection until you come again.

Unde et mēiores, Dōmine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, eiūsdem Christi, Fīlii tui, Dōmini nostri, tam beātā passiōnis, necnon et ab īferis resurrectiōnis, sed et in cælos gloriōsæ ascensiōnis: offērimus præclāræ maiestāti tuæ de tuis donis ac datis hōstiam puram, hōstiam sanctam, hōstiam immaculātā, Panem sanctum vitæ æternæ et Cālicem salutis perpetuæ.

Supra quæ propitio ac serēno vultu respicere dignēris: et accēpta habēre, sicuti accēpta habēre dignātus es mūnera pūeri tui iusti Abel, et sacrificium Patriārchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacēdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculātā hōstiam.

Sūpplices te rogāmus, omnīpotens Deus: iube hęc perfēri per manus sancti Angeli tui in sublīme altāre tuum, in conspēctu divīnæ maiestātis tuæ; ut, quotquot ex hac altāris participatiōne sacrosānc-tum Fīlii tui Corpus et Sanguinem sumpsērimus, omni benedictiōne cælesti et grātia replēamur. (Per Christum Dōminum nostrum. Amen.)

Memēnto etiā, Dōmine, famulōrum famularūmque tuārum **N.** et **N.**, qui nos præcesserunt cum signo fīdei, et dōrmiunt in somno pacis.

Ipsis, Dōmine, et omnibus in Christo quiescētibus, locum re-

Therefore, O Lord, as we celebrate the memorial of the blessed Passion, the Resurrection from the dead, and the glorious Ascension into heaven of Christ, your Son, our Lord, we, your servants and your holy people, offer to your glorious majesty from the gifts that you have given us, this pure victim, this holy victim, this spotless victim, the holy Bread of eternal life and the Chalice of everlasting salvation.

Be pleased to look upon these offerings with a serene and kindly countenance, and to accept them, as once you were pleased to accept the gifts of your servant Abel the just, the sacrifice of Abraham, our father in faith, and the offering of your high priest Melchizedek, a holy sacrifice, a spotless victim.

In humble prayer we ask you, almighty God: command that these gifts be borne by the hands of your holy Angel to your altar on high in the sight of your divine majesty, so that all of us, who through this participation at the altar receive the most holy Body and Blood of your Son may be filled with every grace and heavenly blessing. (Through Christ our Lord. Amen.)

Remember also, Lord, your servants **N.** and **N.**, who have gone before us with the sign of faith and rest in the sleep of peace.

Grant them, O Lord, we pray, and all who sleep in Christ, a place

frigéii, lucis et pacis, ut indúlgeas, deprecámur. (Per Christum Dóminum nostrum. Amen.)

Nobis quoque peccatóribus fámulis tuis, de multitudíne miserationum tuárum sperántibus, partem áliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis Apóstolis et Martíribus: cum Ioánne, Stéphano, Matthía, Bárnaba, (Ignátio, Alexándro, Marcellíno, Petro, Felicitáte, Perpétua, Agatha, Lúcia, Agnéte, Cæcília, Anastásia) et ómnibus Sanctis tuis: intra quorum nos consórtium, non æstimátor mériti, sed véniæ, quæsumus, largítor admítte.

Per Christum Dóminum nostrum. Per quem hæc ómnia, Dómine, semper bona creas, sanctificas, vivificas, benedícis, et præstas nobis.

V. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spíritus Sancti, ómnis honor et glória per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

[R. communionis, p. 22]

## Prex eucharistica II

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Sursum corda.

R. Habémus ad Dóminum.

V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.

R. Dignum et iustum est.

of refreshment, light and peace. (Through Christ our Lord. Amen.)

To us, also, your servants, who, though sinners, hope in your abundant mercies, graciously grant some share and fellowship with your holy Apostles and Martyrs: with John the Baptist, Stephen, Matthias, Barnabas, (Ignatius, Alexander, Marcellinus, Peter, Felicity, Perpetua, Agatha, Lucy, Agnes, Cecilia, Anastasia) and all your Saints: admit us, we beseech you, into their company, not weighing our merits, but granting us your pardon, through Christ our Lord.

Through whom you continue to make all these good things, O Lord; you sanctify them, fill them with life, bless them, and bestow them upon us.

V. Through him, and with him, and in him, O God, almighty Father, in the unity of the Holy Spirit, all glory and honor is yours, for ever and ever.

R. Amen.

[The Communion R., p. 22]

## Eucharistic Prayer II

V. The Lord be with you.

R. And with your spirit.

V. Lift up your hearts.

R. We lift them up to the Lord.

V. Let us give thanks to the Lord our God.

R. It is right and just.

**Præfatio**

Vere dignum et iustum est, æquum et salutäre, nos tibi, sancte Pater, semper et ubique grätias ägere per Fílium dilectiönis tuæ Iesum Christum, Verbum tuum per quod cuncta fecísti: quem misísti nobis Salvatórem et Redemptórem, incarnátum de Spíritu Sancto et ex Vírgine natum. Qui voluntátem tuam adímplens et pópulum tibi sanctum acuírens exténdit manus cum paterétur, ut mortem sólveret et resurrectiönem manifestáret. Et ideo cum Angelis et ómnibus Sanctis glóriam tuam prædicámus, una voce dicéntes:

**Sanctus**

**Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dóminus Deus Sábaoth. Pleni  
sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis. Benedíctus  
qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.**

Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis sanctitátis. Hæc ergo dona, quæsumus, Spíritus tui rore sanctífica, ut nobis Corpus et ☩ Sanguis fiant Dómini nostri Iesu Christi.

Qui cum Passiöni voluntárie traderétur, accépit panem et grätias agens fregit, dedítque discipulis suis, dicens:

**Preface**

It is truly right and just, our duty and salvation, always and everywhere to give you thanks, Father most holy, through your beloved Son, Jesus Christ, your Word through whom you made all things, whom you sent as our Savior and Redeemer, incarnate by the Holy Spirit and born of the Virgin. Fulfilling your will and gaining for you a holy people, he stretched out his hands as he endured his Passion, so as to break the bonds of death and manifest the resurrection. And so, with the Angels and all the Saints we declare your glory, as with one voice we acclaim:

**Sanctus**

**Holy, Holy, Holy Lord God of  
hosts. Heaven and earth are  
full of your glory. Hosanna in  
the highest. Blessed is he who  
comes in the name of the Lord.  
Hosanna in the highest.:**

You are indeed Holy, O Lord, the fount of all holiness. Make holy, therefore, these gifts, we pray, by sending down your Spirit upon them like the dewfall, so that they may become for us the Body and ☩ Blood of our Lord, Jesus Christ.

At the time he was betrayed and entered willingly into his Passion, he took bread and, giving thanks, broke it, and gave it to his disciples, saying:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cená-  
tum est, accípiens et cálicem, íte-  
rum grátias agens dedit discíplulis  
suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMEMORATIÓNEM.

℣. *Mystérium fidei.*

℞. **Mortem tuam annuntiámus,  
Dómine, et tuam resurrecti-  
onem confitémur, donec vénias.**

Mémores ígitur mortis et re-  
surrectiόνis eius, tibi, Dómine,  
panem vitæ et cálicem salutis of-  
férimus, grátias ágentes quia nos  
dignos habuísti astáre coram te et  
tibi ministráre.

Et súpplīces deprecámur ut Cór-  
poris et Sanguinis Christi partíci-  
pes a Spírītu Sancto congregémur  
in unum.

Recordáre, Dómine, Ecclésiæ  
tuæ toto orbe diffúsæ, ut eam in

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND EAT OF IT, FOR THIS IS  
MY BODY, WHICH WILL BE  
GIVEN UP FOR YOU.

In a similar way, when supper  
was ended, he took the chalice  
and, once more giving thanks, he  
gave it to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND DRINK FROM IT,  
FOR THIS IS THE CHALICE OF  
MY BLOOD, THE BLOOD OF  
THE NEW AND ETERNAL  
COVENANT, WHICH WILL  
BE POURED OUT FOR YOU  
AND FOR MANY FOR THE  
FORGIVENESS OF SINS.  
DO THIS IN MEMORY OF ME.

℣. *The mystery of faith.*

℞. **We proclaim your Death, O  
Lord, and profess your Resur-  
rection until you come again.**

Therefore, as we celebrate the  
memorial of his Death and Res-  
urrection, we offer you, Lord, the  
Bread of life and the Chalice of  
salvation, giving thanks that you  
have held us worthy to be in your  
presence and minister to you.

Humbly we pray that, partaking  
of the Body and Blood of Christ,  
we may be gathered into one by  
the Holy Spirit.

Remember, Lord, your Church,  
spread throughout the world, and

caritatē perficias una cum Papa nostro **N.** et Episcopo (Prælato) nostro **N.** et univérso clero.

Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in spe resurrectionis dormiérunt, omniúmque in tua miseratióne defunctórum, et eos in lumen vultus tui admítte.

Omnium nostrum, quæsumus, miserére, ut cum beáta Dei Genetrice Virgine María, beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis, qui tibi a sæculo placuérunt, æternæ vitæ mereámur esse consórtes, et te laudémus et glorificémus per Fílium tuum Iesum Christum.

℣. Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitatē Spíritus Sancti, omnis honor et glória per omnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.

[R. communionis, p. 22]

### Præx eucharistica III

Vere Sanctus es, Dómine, et mérito te laudat omnis a te cóndita creatúra, quia per Fílium tuum, Dóminum nostrum Iesum Christum, Spíritus Sancti operánte virtúte, vivificas et sanctificas univérsa, et pópulum tibi congregáre non desinis, ut a solis ortu usque ad occásum oblátio munda offerátur nómini tuo.

Súpplīces ergo te, Dómine, deprecámur, ut hæc múnera, quæ

bring her to the fullness of charity, together with **N.** our Pope and **N.** our Bishop (Prelate) and all the clergy.

Remember also our brothers and sisters who have fallen asleep in the hope of the resurrection, and all who have died in your mercy: welcome them into the light of your face.

Have mercy on us all, we pray, that with the blessed Virgin Mary, Mother of God, with the blessed Apostles and all the Saints who have pleased you throughout the ages, we may merit to be coheirs to eternal life, and may praise and glorify you through your Son, Jesus Christ.

℣. Through him, and with him, and in him, O God, almighty Father, in the unity of the Holy Spirit, all glory and honor is yours, for ever and ever.

℞. Amen.

[The Communion R., p. 22]

### Eucharistic Prayer III

You are indeed Holy, O Lord, and all you have created rightly gives you praise, for through your Son our Lord Jesus Christ, by the power and working of the Holy Spirit, you give life to all things and make them holy, and you never cease to gather a people to yourself, so that from the rising of the sun to its setting a pure sacrifice may be offered to your name.

Therefore, O Lord, we humbly implore you: by the same Spirit

tibi sacránda detúlimus, eódem Spírítu sanctificáre dignéris, ut Corpus et ✠ Sanguis fiant Fílii tui Dómini nostri Iesu Christi, cuius mandáto hæc mystéria celebrá-mus.

Ipse enim in qua nocte tra-debátur accépit panem et tibi grá-tias agens benedíxit, fregit, de-dítque discípu-lis suis, dicens:

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo, postquam cená-tum est, accípiens cálicem, et tibi grátias agens benedíxit, dedítque discípu-lis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMEMORATIÓNEM.

**V.** Mystérium fidei.

**R.** Mortem tuam annuntiámus,  
Dómine, et tuam resurrecti-  
onem confitémur, donec vénias.

graciously make holy these gifts we have brought to you for conse-cration, that they may become the Body and ✠ Blood of your Son our Lord Jesus Christ, at whose com-mand we celebrate these mysteries.

For on the night he was betrayed he himself took bread, and, giving you thanks, he said the blessing, broke the bread and gave it to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND EAT OF IT, FOR THIS IS  
MY BODY, WHICH WILL BE  
GIVEN UP FOR YOU.

In a similar way, when supper was ended, he took the chalice, and, giving you thanks, he said the blessing, and gave the chalice to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND DRINK FROM IT,  
FOR THIS IS THE CHALICE OF  
MY BLOOD, THE BLOOD OF  
THE NEW AND ETERNAL  
COVENANT, WHICH WILL  
BE Poured OUT FOR YOU  
AND FOR MANY FOR THE  
FORGIVENESS OF SINS.  
DO THIS IN MEMORY OF ME.

**V.** The mystery of faith.

**R.** We proclaim your Death, O Lord, and profess your Resur-  
rection until you come again.

Mémores igitur, Dómine, eiúsdem Fílii tui salutíferæ passiónis necnon mirábilis resurrectiónis et ascensiónis in cælum, sed et præstolántes álterum eius advéntum, offérimus tibi, grátias referéntes, hoc sacrificium vivum et sanctum.

Réspice, quæsumus, in oblatiónem Ecclésiæ tuæ et, agnóscens Hóstiam, cuius voluísti immolatióne placári, concéde, ut qui Córporum et Sánguine Fílii tui reficimur, Spírítu eius Sancto repléti, unum corpus et unus spírítus inveniamur in Christo.

Ipse nos tibi perficiat munus ætérnum, ut cum eléctis tuis hereditátem cónsequi valeámus, in primis cum beatíssima Vírgine, Dei Genetríce, María, cum beáteis Apóstolis tuis et gloriósis Martýribus (cum Sancto **N.**) et ómnibus Sanctis, quorum intercessióne perpétuo apud te confídimus adiuvári.

Hæc Hóstia nostræ reconciliatiónis proficiat, quæsumus, Dómine, ad totíus mundi pacem atque salútem. Ecclésiám tuam, peregrinántem in terra, in fide et caritaté firmáre dignéris cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Epíscopo (Prælató) nostro **N.**, cum episcopáli órdine et univérso clero et omni pópulo acquisitionis tuæ.

Votis huius famíliæ, quam tibi astáre voluísti, adésto propítius.

Therefore, O Lord, as we celebrate the memorial of the saving Passion of your Son, his wondrous Resurrection and Ascension into heaven, and as we look forward to his second coming, we offer you in thanksgiving this holy and living sacrifice.

Look, we pray, upon the oblation of your Church and, recognizing the sacrificial Victim by whose death you willed to reconcile us to yourself, grant that we, who are nourished by the Body and Blood of your Son and filled with his Holy Spirit, may become one body, one spirit in Christ.

May he make of us an eternal offering to you, so that we may obtain an inheritance with your elect, especially with the most blessed Virgin Mary, Mother of God, with your blessed Apostles and glorious Martyrs (with Saint **N.**) and with all the Saints, on whose constant intercession in your presence we rely for unfailing help.

May this Sacrifice of our reconciliation, we pray, O Lord, advance the peace and salvation of all the world. Be pleased to confirm in faith and charity your pilgrim Church on earth, with your servant **N.** our Pope and **N.** our Bishop (Prelate), the Order of Bishops, all the clergy, and the entire people you have gained for your own.

Listen graciously to the prayers of this family, whom you have



Omnes filios tuos ubique dispersos tibi, clemens Pater, miseratus coniunge.

Fratres nostros defunctos et omnes qui, tibi placentes, ex hoc saeculo transierunt, in regnum tuum benignus admittite, ubi fore speramus, ut simul gloria tua perenniter satiemur, per Christum Dominum nostrum, per quem mundo bona cuncta largiris.

**V.** Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum.

**R.** Amen.

[R. communionis, p. 22]

### Prex eucharistica IV

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

**V.** Sursum corda.

**R.** Habemus ad Dominum.

**V.** Gratias agamus Domino Deo nostro.

**R.** Dignum et iustum est.

### Præfatio

Vere dignum est tibi gratias agere, vere iustum est te glorificare, Pater sancte, quia unus es Deus vivus et verus, qui es ante saecula et permanes in aeternum, inaccess-

summoned before you: in your compassion, O merciful Father, gather to yourself all your children scattered throughout the world.

To our departed brothers and sisters and to all who were pleasing to you at their passing from this life, give kind admittance to your kingdom. There we hope to enjoy for ever the fullness of your glory through Christ our Lord, through whom you bestow on the world all that is good.

**V.** Through him, and with him, and in him, O God, almighty Father, in the unity of the Holy Spirit, all glory and honor is yours, for ever and ever.

**R.** Amen.

[The Communion R., p. 22]

### Eucharistic Prayer IV

**V.** The Lord be with you.

**R.** And with your spirit.

**V.** Lift up your hearts.

**R.** We lift them up to the Lord.

**V.** Let us give thanks to the Lord our God.

**R.** It is right and just.

### Preface

It is truly right to give you thanks, truly just to give you glory, Father most holy, for you are the one God living and true, existing before all ages and abiding for all eternity,

sibilem lucem inhábitans; sed et qui unus bonus atque fons vitæ cuncta fecísti, ut creatúras tuas benedictiónibus adimpléres multásque lætificáres tui lúminis claritáte. Et ídeo coram te innúmeræ astant turbæ angelórum, qui die ac nocte sérviant tibi et, vultus tui glóriam contemplántes, te incensánter gloríficant. Cum quibus et nos et, per nostram vocem, omnis quæ sub cælo est creatúra nomen tuum in exsultatióne confitémur, canéntes:

### Sanctus

**Sanctus, Sanctus, Sanctus  
Dóminus Deus Sábaoth. Pleni  
sunt cæli et terra glória tua.  
Hosánna in excélsis. Benedíctus  
qui venit in nómine Dómini.  
Hosánna in excélsis.**

Confitémur tibi, Pater sancte, quia magnus es et ómnia ópera tua in sapiéntia et caritáte fecísti. Hóminem ad tuam imáginem condidísti, eíque commisísti mundi curam univérsti, ut, tibi soli Creatóri sérvians, creatúris ómnibus imperáret. Et cum amicítiam tuam, non obcédians, amisísset, non eum dereliquísti in mortis império. Omnibus enim misericórditer subvenísti, ut te quæréntes invenírent. Sed et fœdera plúries homínibus obtulísti eósque per prophétas erudísti in exspectatióne salútis.

dwelling in unapproachable light; yet you, who alone are good, the source of life, have made all that is, so that you might fill your creatures with blessings and bring joy to many of them by the glory of your light. And so, in your presence are countless hosts of Angels, who serve you day and night and, gazing upon the glory of your face, glorify you without ceasing. With them we, too, confess your name in exultation, giving voice to every creature under heaven as we acclaim:

### Sanctus

**Holy, Holy, Holy Lord God of  
hosts. Heaven and earth are  
full of your glory. Hosanna in  
the highest. Blessed is he who  
comes in the name of the Lord.  
Hosanna in the highest.**

We give you praise, Father most holy, for you are great and you have fashioned all your works in wisdom and in love. You formed man in your own image and entrusted the whole world to his care, so that in serving you alone, the Creator, he might have dominion over all creatures. And when through disobedience he had lost your friendship, you did not abandon him to the domain of death. For you came in mercy to the aid of all, so that those who seek might find you. Time and again you offered them covenants and through the prophets taught them to look forward to salvation.

Et sic, Pater sancte, mundum dilexísti, ut, compléta plenitúdine témporum, Unigénitum tuum nobis mitteres Salvatórem. Qui, incarnátus de Spírítu Sancto et natus ex María Vírgine, in nostra condiciónis forma est conversátus per ómnia absque peccáto; salútem evangelizávit paupéribus, redemptiónem captívis, mæstis corde lætítiam. Ut tuam vero dispensatiónem impléret, in mortem trádidit semetípsum ac, resúr-gens a mórtuis, mortem destrúxit vitámque renovávit.

Et, ut non ámplius nobismetípsis viverémus, sed sibi qui pro nobis mórtuus est atque sur-réxit, a te, Pater, misit Spírítum Sanctum primítias credéntibus, qui, opus suum in mundo perfíciens, omnem sanctificatiónem compléret.

Quáesumus ígitur, Dómine, ut idem Spírítus Sanctus hæc múnera sanctificáre dignétur, ut Corpus et ✠ Sanguis fiant Dómini nostri Iesu Christi ad hoc magnum mystérium celebrándum, quod ipse nobis relíquit in fœdus ætérnum.

Ipse enim, cum hora venísset ut glorificarétur a te, Pater sancte, ac dilexísset suos qui erant in mundo, in finem diléxit eos: et cenántibus illis accépit panem, benedíxit ac fregit, dedítque discípulis suis, dicens:

And you so loved the world, Father most holy, that in the fullness of time you sent your Only Begotten Son to be our Savior. Made incarnate by the Holy Spirit and born of the Virgin Mary, he shared our human nature in all things but sin. To the poor he proclaimed the good news of salvation, to prisoners, freedom, and to the sorrowful of heart, joy. To accomplish your plan, he gave himself up to death, and, rising from the dead, he destroyed death and restored life.

And that we might live no longer for ourselves but for him who died and rose again for us, he sent the Holy Spirit from you, Father, as the first fruits for those who believe, so that, bringing to perfection his work in the world, he might sanctify creation to the full.

Therefore, O Lord, we pray: may this same Holy Spirit graciously sanctify these offerings, that they may become the Body and ✠ Blood of our Lord Jesus Christ for the celebration of this great mystery, which he himself left us as an eternal covenant.

For when the hour had come for him to be glorified by you, Father most holy, having loved his own who were in the world, he loved them to the end: and while they were at supper, he took bread, blessed and broke it, and gave it to his disciples, saying,

ACCÍPITE ET MANDUCÁTE  
EX HOC OMNES:  
HOC EST ENIM CORPUS MEUM,  
QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.

Símili modo accípiens cálicem, ex genímine vitis replétum, grátias egit, deditque discíplis suis, dicens:

ACCÍPITE ET BÍBITE  
EX EO OMNES:  
HIC EST ENIM  
CALIX SÁNGUINIS MEI  
NOVI ET ÆTÉRNÍ TESTAMÉNTI,  
QUI PRO VOBIS  
ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR  
IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM.  
HOC FÁCITE IN MEAM  
COMMEMORATIÓNEM.

℣. Mystérium fidei.

℞. **Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectionem confitémur, donec vénias.**

Unde et nos, Dómine, redemptionis nostræ memoriále nunc celebrántes, mortem Christi eiúsque descénsus ad íferos recólimus, eius resurrectionem et ascensionem ad tuam dexteram profitémur et, exspectántes ipsíus advéntum in glória, offérimus tibi eius Corpus et Sánguinem, sacrificium tibi acceptábile et toti mundo salutáre.

Réspice, Dómine, in Hóstiam, quam Ecclésiæ tuæ ipse parásti,

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND EAT OF IT, FOR THIS IS  
MY BODY, WHICH WILL BE  
GIVEN UP FOR YOU.

In a similar way, taking the chalice filled with the fruit of the vine, he gave thanks, and gave the chalice to his disciples, saying:

TAKE THIS, ALL OF YOU,  
AND DRINK FROM IT,  
FOR THIS IS THE CHALICE OF  
MY BLOOD, THE BLOOD OF  
THE NEW AND ETERNAL  
COVENANT, WHICH WILL  
BE POURED OUT FOR YOU  
AND FOR MANY FOR THE  
FORGIVENESS OF SINS.  
DO THIS IN MEMORY OF ME.

℣. The mystery of faith.

℞. **We proclaim your Death, O Lord, and profess your Resurrection until you come again.**

Therefore, O Lord, as we now celebrate the memorial of our redemption, we remember Christ's death and his descent to the realm of the dead, we proclaim his Resurrection and his Ascension to your right hand, and as we await his coming in glory, we offer you his Body and Blood, the sacrifice acceptable to you which brings salvation to the whole world.

Look, O Lord, upon the Sacrifice which you yourself have pro-

et concéde benígnus ómnibus qui ex hoc uno pane participábunt et cálice, ut, in unum corpus a Sancto Spírítu congregáti, in Christo hóstia viva perficiántur, ad laudem glóriæ tuæ.

Nunc ergo, Dómine, ómnium recordáre, pro quibus tibi hanc oblatiónem offérimus: in primis fámuli tui, Papæ nostri **N.**, Epíscopi (Prælati) nostri **N.**, et Episcopórum órdinis univérsi, sed et totíus cleri, et offeréntium, et circumstántium, et cuncti pópuli tui, et ómnium, qui te quærunt corde sincéro.

Meménto etiam illórum, qui obiérunt in pace Christi tui, et ómnium defunctórum, quorum fidem tu solus cognovísti.

Nobis ómnibus, fíliis tuis, clemens Pater, concéde, ut cæléstem hereditátem cónsequi valeámus cum beáta Vírgine, Dei Genetríce, María, cum Apóstolis et Sanctis tuis in regno tuo, ubi cum univérsa creatúra, a corruptióne peccáti et mortis liberáta, te glorificémus per Christum Dóminum nostrum, per quem mundo bona cuncta largíris.

**V.** Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spírítus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sæcula sæculórum.

**R.** Amen.

vided for your Church, and grant in your loving kindness to all who partake of this one Bread and one Chalice that, gathered into one body by the Holy Spirit, they may truly become a living sacrifice in Christ to the praise of your glory.

Therefore, Lord, remember now all for whom we offer this sacrifice: especially your servant, **N.** our Pope, **N.** our Bishop (Prelate), and the whole Order of Bishops, all the clergy, those who take part in this offering, those gathered here before you, your entire people, and all who seek you with a sincere heart.

Remember also those who have died in the peace of your Christ and all the dead, whose faith you alone have known.

To all of us, your children, grant, O merciful Father, that we may enter into a heavenly inheritance with the blessed Virgin Mary, Mother of God, and with your Apostles and Saints in your kingdom. There, with the whole of creation, freed from the corruption of sin and death, may we glorify you through Christ our Lord, through whom you bestow on the world all that is good.

**V.** Through him, and with him, and in him, O God, almighty Father, in the unity of the Holy Spirit, all glory and honor is yours, for ever and ever.

**R.** Amen.

## Ritus communionis

℣. Præceptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere:

**Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatióne; sed líbera nos a malo.**

℣. Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

℞. **Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sæcula.**

℣. Dómine Iesu Christe, qui dixisti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta nostra, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℞. **Amen.**

℣. Pax Dómini sit semper vobíscum.

℞. **Et cum spíritu tuo.**

## The Communion Rite

℣. At the Savior's command and formed by divine teaching, we dare to say:

**Our Father, who art in heaven, hallowed be thy name; thy kingdom come, thy will be done on earth as it is in heaven. Give us this day our daily bread, and forgive us our trespasses, as we forgive those who trespass against us; and lead us not into temptation, but deliver us from evil.**

℣. Deliver us, Lord, we pray, from every evil, graciously grant peace in our days, that, by the help of your mercy, we may be always free from sin and safe from all distress, as we await the blessed hope and the coming of our Savior, Jesus Christ.

℞. **For the kingdom, the power and the glory are yours now and for ever.**

℣. Lord Jesus Christ, who said to your Apostles: Peace I leave you, my peace I give you, look not on our sins, but on the faith of your Church, and graciously grant her peace and unity in accordance with your will. Who live and reign for ever and ever.

℞. **Amen.**

℣. The peace of the Lord be with you always.

℞. **And with your spirit.**

(V. Offérte vobis pacem.)

### Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.

V. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.

R. Dómine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

### Antiphona ad communionem

#### Oratio post communionem

R. Amen.

### Ritus conclusionis

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

V. Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, ☩ et Spírítus Sanctus.

R. Amen.

V. Ite, missa est.

R. Deo grátias.

(V. Let us offer each other the sign of peace.)

### Agnus Dei

Lamb of God, you take away the sins of the world, have mercy on us.

Lamb of God, you take away the sins of the world, have mercy on us.

Lamb of God, you take away the sins of the world, grant us peace.

V. Behold the Lamb of God, behold him who takes away the sins of the world. Blessed are those called to the supper of the Lamb.

R. Lord, I am not worthy that you should enter under my roof, but only say the word and my soul shall be healed.

### Communion antiphon

#### Prayer after Communion

R. Amen.

### The Concluding Rites

V. The Lord be with you.

R. And with your spirit.

V. May almighty God bless you, the Father, and the Son, ☩ and the Holy Spirit.

R. Amen.

V. Go forth, the Mass is ended.

R. Thanks be to God.

